



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

IX. Epistola Lamberti Episcopi Cenomanensis ad Hildebrandum Episcopum  
Sagiensem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

tatem, non solum manu nostra subterfirmavimus, sed & religiosorum ejusdem Canonicorum seu nobilium fidelium laicorum manibus corroborandam tradidimus.

## I X.

Epistola Lamberti Episcopi Cenomanensis ad  
Hildebrandum Episcopum Sagiensem.

*Ex veteri codice MS. bibliotheca Colbertina.*

SACRIS semper meritis venerando Hildebrando Pontifici magnifico Lambertus nullis meritis Episcopus æternam in Domino felicitatem. Notum facimus vestræ paternitati qualiter quidam erroneæ factionis detestabilis, nomine Raino, nonam & decimam Ecclesiæ nostræ temerario ausu retinere & fraudare præsumit. Super quibus ausibus & factis atrocibus non solum semel & bis sed & frequenter à nobis & à nostra Ecclesia eum constat esse ammonitum. Sed nec ammonitionibus parere nec Ecclesiæ nostræ satisfacere ullo modo voluit. Unde nos ex divina auctoritate cum sanctis & gloriosis martyribus Gervasio & Protasio & omnibus sanctis prædictum sacrilegum Rainonem cum omni domo suo ab Ecclesiæ liminibus & cœtu Christianorum excommunicatum & anathematizatum habemus, donec ab his nefandis actibus conquiescat, & Ecclesiæ nostræ satisfaciatur. Unde his nostræ parvitas litteris vestram beatitudinem ammonere præsumimus, ut sicut à nobis est generaliter excommunicatus, ita & à vobis & ab omni Ecclesia vestra seclusus & excommunicatus habeatur. Modum autem excommunicationis, qualiter . . . . . inditus, vestram nullatenus carere credo paternitatem. Opto sanctitatem vestram prosperis successibus in Christo semper valere.

\* \* \*

R r